Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  Kontakt:<a href="https://www.stiftstams.at/" target="_blank"> Stift Stams</a>   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

13

nomen accipimus: qui deciderunt in ea: ut egeum scilicet. Hellespontus.
& in latio Auentinus vocabulum montis dedit: in quo sepultus est:
Tiberinus vel tibris: amnis: quo mersus est: Non ergo mirandum: si omnia eorum caelo terraeque attributa essent: qui reges genuerunt potentissimos: Apparet ergo non ex caelo natum esse: quod fieri non potest:
sed ex homine: cui nomen urano fuit: quod esse verum Trimegistus auctor est: qui cum dicere ad modum paucos extitisse: in quibus esset perfecta doctrina: in his vranum. Saturnum. Mauortium notauit
ogniatos suos: Haec ille: quia ignorauit: alio traduxit historiam: qui quo argumentari potuerit ostendi: Nunc dicam: quo ibi a quo sit hoc factum:
Non h. saturnus hoc: sed iuppiter fecit: In historia sacra sic Eunus tradit:
Deinde paeum deduxit in montem: qui vocatur caeli stella: postque ascendit: contemplatus est late terras: ibique in eo monte aram creat celo:
primusque in ea ara Iuppiter sacra sacrificauit: In eo loco suspexit in caelum: quod nunc nos nominamus: idque quod supra mundum erat: quod ether vocabatur: de suo au nomine: caelo nomen indidit: Idque Iuppiter:
quod ether vocatur: deprecans caelum nominauit: Eamque hostiam quam ibi sacrauit: totam adoleuit: Nec hic tantum sacrificasse Iuppiter inuenitur. Caesar quoque in arato refert Aglaosthenem dicere iouem cum ex insula naxo aduersus titanas proficisceretur: & sacrificium facere & in litore: aquilam ei in auspicium aduolasse: quam victor bono homine acceptam tutelae suae subiugauit: Sacra vero historia & ante consedisse illi aquilam in capite atque ei regnum portendisse testatur: Cur ergo sacrificare Iuppiter potuit: nisi caelo auo. quem dicit Euhemero in occeania mortuum & in oppido aulatia sepultum:—

Quoma

QVando reuelauimus misteria poetarum. ac saturni parentes inuenimus: ad uirtutes eius & facta reg redeamus:
Iustus in regno fuit: primum ex hoc ipso iam deus non est:
quod fuit: Demique qui ne iustus quidem fuit: sed impius non modo
in filios: quos necauit: verum & in cunus dicitur abscidisse genitalia:
quod forsitan vere acciderit: sed hominem respectu dimenti: quod di celi
totam fabulam explodunt: tamq inepissime fictam: Quam tamen
stoici: ut solent: ad rationem phisicam conantur traducere: Quorum
sniam Cicero de natura deorum disserens posuit: Caelestem inquit al
tissimam aetheramque naturam a igneam: quae p se omnia gignet:
vacare voluerunt ea parte corporis: quae coniunctione alterius egere & ad
procreandum: Quae ratio in uestam potuit euenire: si mas dicetur: